

in arēnā

duo rētiārīi et duo murmillōnēs arēnam intrāvērunt. postquam gladiātōrēs spectātōrēs salūtāvērunt, tuba sonuit. tum gladiātōrēs pugnam commīsērunt. murmillōnēs Pompēiānōs valdē dēlectābant, quod saepe victōrēs erant. Pompēiānī igitur murmillōnēs incitābant. sed rētiārīi, quod erant expeditī, 5 murmillōnēs facile ēvitāvērunt.

“rētiārīi nōn pugnant! rētiārīi sunt ignāvī!” clāmāvērunt Pompēiānī. Nūcerīnī tamen respondērunt, “rētiārīi sunt callidī! rētiārīi murmillōnēs dēcipiunt!”

murmillōnēs rētiārīōs frūstrā ad pugnam prōvocāvērunt. tum murmillō clāmāvit, “ūnus murmillō facile duōs rētiārīōs superat.” 10

Pompēiānī plausērunt. tum murmillō rētiārīōs statim petīvit. murmillō et rētiārīi ferōciter pugnavērunt. rētiārīi tandem murmillōnem graviter vulnerāvērunt. tum rētiārīi alterum murmillōnem petīvērunt. hic murmillō fortiter pugnavit, sed 15 rētiārīi eum quoque superāvērunt.

Pompēiānī, quod irātī erant, murmillōnēs vituperābant; missiōnem tamen postulābant, quod murmillōnēs fortēs erant. Nūcerīnī mortem postulābant. omnēs spectātōrēs tacēbant et Rēgulum intentē spectābant. Rēgulus, quod Nūcerīnī mortem 20 postulābant, pollicem vertit. Pompēiānī erant irātī, et vehementer clāmābant. rētiārīi tamen, postquam Rēgulus signum dedit, murmillōnēs interfēcērunt.

tuba	<i>trumpet</i>	ūnus	<i>one</i>
sonuit	<i>sounded</i>	graviter	<i>seriously</i>
pugnam	<i>began the fight</i>	vulnerāvērunt	<i>wounded</i>
commīsērunt		alterum	<i>the second,</i>
victōrēs	<i>victors, winners</i>		<i>the other</i>
expeditī	<i>lightly armed</i>	hic	<i>this</i>
ēvitāvērunt	<i>avoided</i>	missiōnem	<i>release</i>
ignāvī	<i>cowards</i>	mortem	<i>death</i>
callidī	<i>clever, smart</i>	pollicem vertit	<i>turned his</i>
dēcipiunt	<i>are deceiving,</i>		<i>thumb up</i>
	<i>are tricking</i>	dedit	<i>gave</i>
frūstrā	<i>in vain</i>	interfēcērunt	<i>killed</i>
prōvocāvērunt	<i>challenged</i>		